finem inueniet. In principio erat uerbum, & uerbum erat
apud dm̄ & ds̄ erat uerbum. & uniuersitas religione plena;
Ante hoc enim uniuersa erant in pietate repleta; Nunc autē
non solum ciuitates religione florent & fide xp̄i, sed etiam
heremus in nomine dn̄i gloriatur. Ante namq; & regine inc
inter uirorum saltabant sicut filia herodiadis fecisse legimus,
Nunc uero uix famula dignatur hoc facere; Antiquitus gens
persarum filii parentibus sociabantur conubio, & soror fratri
iungebatur inpune. Nunc uero uirginitatem appetunt;
Ante hoc aticotti gens in brittanica humanis uescebatur
carnibus, Nunc ieiuniis reficiunt animam suam, massagete
& berbices miseros putant quia egrotatione moriantur
& parentes cognatos, propinquos, cum ad senectam uene
rant iugulatos deuorant; Nectiu serre dicentes ut a se poti
us quam a uermibus consumantur; Nunc uero post passio
nem xp̄i & resurrectionem eius abstinentiae & castitate
deuote militem sit xp̄o, & pro peo omnes gentes paratae sunt p
nomine dn̄i fundere sanguinem suum. Ante hoc impii &
persecutores erant reges. Nunc uero ad caelum praeferunt
pietatem, & ingredientes limina ecclesiae deponunt coronā
& crucem xp̄i in his depingunt frontibus, foris arma hic miste
ria, foris scuta hic sacramentorum caelebratio; Theodosi fili
us & pater theodosii religione ac pietate insignes; Ideoque p
his omnibus gratias agamus dn̄o p xp̄m dn̄m nostrum cui est
gloria & potestas cum sp̄u s̄co p inmortalia saecula seculorū amen

EXPLICIT OM̄ IOHAN̄ EPI DE PENTECOSTEN

INCIPIT OMELIA DE NATIUITATE DN̄I XUII

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0153